iestatis Vestræ Confirmationibus et Juramentis suffulta, quo magis illæsa conservare, et ad posteros transmittere obstringimur, eo maiori humillimorum Animorum fiducia ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum defferimus, quæ in summam istorum Concussionem contra Emanuelem Davisson Civis quondam Nostri Filium, Ipsumque Civem præiudiciosissimo conatu suscipi intelleximus. Gravi enim cum doloris sensu Nobis exponit prædictus Iste Civis Noster, quod quamvis bonum terrestre, haud procul a Civitate hac situm et vulgo Schönfeld nuncupatum Uxoris suæ Nomini in Actis Castrensibus sit inscriptum, hocq; ac Pater Eiusdem Dietericus Mathias Henrischson Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ per Nehringam quondam Venationum Præfectus et Civis simul Civitatis huius, Cæteriq; Longa serie Accedentes idem illud Bonum Vigore Jurium Civibus Liberam bonorum Terrestrium acquisitionem asserentium, ad centum fere Annos, quiete et sine ulla ullius impetitione et interturbatione possederint, non dubitaverit tamen Illustrissimus quidam Terrarum harum Consiliarius post habito omni legitimæ adeo possessionis Jure sub prætextu donationis Regiæ, obtentiq; a Sacra Regia Maiestate Vestra super Bona Terrestri Juris Caduci, se præfatum nempe Civem Nostrum quasi possessionis bonorum Terrestrium in Prussia incapacem, non tantum posita ad Judicium Regni Tribunalitium Petricoviense Citatione, sine die tamen extradita, proindeq; ratione Legitimæ expeditionis dubias, evocare, verum etiam minus simul addere de vindicanda sibi facto Ipso per violentam Civis Nostri deoccupationem Boni istius Terrestris possessione.

Quandoquidem vero Serenissime Rex Domine Clementissime Jus Bona Terrestria possidendi sub Ipso Crucigerorum Jugo, Vigore Antiquissimi Privilegii Culmensis Civibus Pruthenis, jam competens, post subsecutam Salvis Juribus Incorporationem, tam Ipso incorporationis Privilegio, quam etiam Constitutionibus Terrarum harum a D: Sigismundo I.o Anno 1538, promulgatis, § Civibus Bona Terrestria &. Manifeste et ea quidem ratione corroboratur, ut hoc Jure Civium labefactato aut in dubium vocato, et Nobilitatis simul Lapideas in Civitatibus possidendi Jus eodem allegatarum Constitutionum paragrapho nixum concidere necesse sit. Ad hæc vetustissimi istius Civium Pruthenorum Juris continuam praxim et observantiam Ipsi Libri Terrestres et inscripta in iisdem Civibus Nostris Bona Terrestria, quin plurima non confirmata modo a Serenissimis Poloniarum Regibus Divis Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Decessoribus, verum etiam concessæ de Novo Maioribus Nostris, et ob Singularia Eorundem merita Dono collatæ Bonorum tam Regalium quam Terrestrium possessionis exempla testantur, Emanuelem vero Davisson ac Uxorem Eiusdem a Civibus Civitatis huius progenitos, Ipsumque Civis Filium, Civemque Juratum esse Album Civium æque evidenter probat, ac contra ex communicato cum Eodem Davisson Donationis Regiæ exemplo patere accepimus, hanc sub et obreptitie plane et ad Sinistram Informationem, quasi iis hic Davisson Extraneus Mercator ad eorq; Bonorum Terrestrium inhabilis sit obtentam et extraditam esse. Idcirco ad Sublime Incomparabilis Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Clementiæ et Justitiæ Tribunal Subiectissima devotione Confugimus Sacram Regiam Maiestatem Vestram humillime obsecrantes, dignetur Auctorum Civitatis hujus Civiumq; Eiusdem Jurium Saluberrimam conservationem ac indemnitatem Supremæ Tutelæ Regiæ habere commendatissimam, atq; habita benignissima ratione Militantium pro dicto sæpius Cive Nostro Emanuele Davisson ponderosissimorum momentorum imprimis, vero irreparabilis plane ex minus justo contra Eundem Attentato in omnes Prussiæ Civitates, harumq; Jura et Cives Universos et Singulos redundantis præiudicii seria Regiæ authoritatis interpositione eo Clementissime providere, ne per latus Civis Nostri indubitata et supra deducta Civitatum Prussiæ Jura infringantur. Verum Cassata penitus, quæ ad Sinistram Informationem obtenta fuit memorati sæpius boni Terrestris Schönfeld donatione tanquam publicis

Juribus contraria, cives Nostri circa pacificam et securam Bonorum Suorum possessionem citra intentandæ illius violentiæ metum et processus Tribunalitii molestias ex voto conservetur. Vindicabat hoc Ipso Sacra Regia Maiestas Vestra Privilegiorum, Juriumq[ue] publicorum Sanctimoniam; Nos Vero et cives Nostros fidelissimos Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Subditos, insigne hoc Regiæ Justitiæ ac Benignignitatis pignus et monumentum ad contestanda humillime perennia integerrimæ fidei devotissimæq[ue] Subiectionis Nostræ obsequia magis magisq[ue] reddet alacriores. Qui quod super est Deum invocamus, ut Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ optimam valetudinem et perpetua Regiarum felicitatum incrementa sine ulla vicissitudine Largiatur. Dabantur Gedani 24. 8bris 1723.

Copia Memoryalu Generała Schwerina Ablegata Brandeburskiego Jego Królewskiey Mości podanego w Dreznie 26. 8bris 1723.

Ex quo Serenissimus ac Potentissimus Rex Borussiæ Dominus Meus Clementissimus felicibus auspiciis et plaudentibus populis, gubernacula Avitarum Provinciarum suscepit, nihil prius nihil antiquius habuit, quam Jura omnia humanitatis et amicitiæ non fucatæ cum Vicinis Principibus, et finitimis populis imprimis cum Maiestate Vestra et Inclito Regno Poloniæ conservare. Sed non sine gravi doloris Sensu Sua Maiestas quotidie percipit, Incolas et Subditos Ducatus Pomeraniæ Lavenburgi et Bytoviæ ab accolis Vicinorum Pagorum Poloniæ, variis modis in possessione iusta Latifundiorum Suorum Turbari et vexari cum magno Damno, non solum redituum mensæ Regiæ adscriptorum, sed etiam cum præiudicium Superioritatis Territorialis, in modo dictas Provincias optimo Jure sibi competentis, hinc nullum aliud efficacius remedium, his malis et querelis medendis, cum illæ non sine exacerbatione Animorum utriusque Gentis quotidie crescant et augeantur, alti memorata Maiestas iudicat, quam ut si non accurata saltim aliqualis et præparatoria dislimitatio finium et fundorum transhographorum instituatur et ad optatum finem tandem perducatur. Vestra Maiestas Ipsa Justitiam harum quærelarum agnivit cum ante biennium, et quod accurrit ad Instantiam Sacræ Regiæ Maiestatis Borussiæ Generoso Capitaneo Utensi Naramowski iniunxerit in Eiusmodi Perturbatores quietis publicæ graviter animadvertere; Sed cum nondum id optatum effectum habuerit, Licebit mihi Bona cum Gratia Maiestatis Vestræ has Controversias Limitros has, quæ inter Pomeraniam Lavenburgum et Bytoviam et ditiones Polonici Juris intercedunt pressius enumerare, quo eo Clarius Maiestatis Vestræ pateat, non de nihilo eas esse. Et quidem

1º. Inter Capitaneatus Utensis et præfatæ Neoiedinensis Incolas obveniunt controversiæ ad Fledeborn, Zamborst, Hasenfir, Pinnow, et oppidum Poloniæ Jastrow.

2º. In Capitaneatu Wiltfeldensi, inter vicos Falckenhagen, Reinfeld, et Henrichsdorff, et Polonici Juris Pagum Schenberg, uti etiam Slepen, Villas Holkerriez Seepöhlen, Olviarium Wrici, cum oppido Baldenburg.

3º. In capitaneatu Novodvoriensi in Zamborst et Jastrow.

4º. In Capitaneatu Hamersteinensi Palatinatus Pomeraniæ de Pago parvo Kidde dicto, Sylvo Kappen et de Eiusmodi aliis controversiis.

Ne igitur novis turbarum tempestatibus amplius Vicina tranquillitas corruere, sed potius amicitia inviolata propagari, quod impense cupit Serenissimus Rex Borussiæ, possit, sperat Sua Maiestas Borussica Vestram Maiestatem quoque pro innato ac propenso, ad omne fas et æquum animo, ad id quoque benigne conspiraturam, et sequentibus Capitaneis et Tenutariis instructuram, videlicet. Generosum Capitaneum Utensem Stanislaum Naramowski. Generosorum Capitaneum Wiltfeldensem E. G. a Weinhern Generosum ‡

Capitaneum Novo Dvorensem Comitem Mantiüffel, Kiedpinski-Generosum Capitaneum Hammersteinensem Franciscum a Weyhern. Ut summa cum diligentia una cum Deputatis Pomeranicis, qui ad id Negotium a S. Maiestate Borussiæ nominabuntur, et sufficientibus mandatis procuratoriis Munientur, de tempore et loco commodo conveniat, eoq curas intendant, quo illæ controversiæ amicabili via complanari, omnibusq violentiis et turbationibus finiendis, tandem ad æquata media inveniri hocq obice remoto, pax, quies et non simulata amicitia inter populum utrumque tot necessitudinibus sibi utrimq devinctum, conservari et in suam posteritatem continuari possit. Grata de cætero mente agnoscet Sacra Regia Maiestas Dominus Meus Clementissimus, amicum et fœderibus conformem opem, erita ad vicem Maiestatis Vestræ rependendam omni tempore promptissima. Super hisce infrascriptus Sacræ Regiæ Maiestatis Prussicus administer, æquam et benignam Regiæ Maiestatis Vestræ resolutionem eo promptius expectat, quo Ipsi expressius et gravitur injunctum est eam Maiorem in modum ac enixissime flagitare et urgere. Datum Dresdæ ut supra.

Copie de La Lettre de Mgr Hoffman Secretaire de Sa Maieste Prussienne a Son Excellence Mgr Le Grand Chancellier de La Couronne. a Varsovie Le 30. du 9bre 1723º

J'aurois attendu Le Retour de Votre Excellence dans cette Ville, pour Luy presenter Le memoire, que je joins icy de La part du Roy du Prusse mon Maitre si l'affaire ne se trouvoit point trop pressé, pour La pouvoir Laisser jusques a ce que Votre Excellence soit arrivée. Je La supplie donc, de me vouloir temoigner La grace, et de me faire avoir une reponse favorable La dessus, en attendant, qu'Elle sera par son credit, que Mrs Les Palatins voissins de Nos provinces, mettent Les Ordres, afin qu'il n'y ait rien a craindre, du coté de ce Bohemiens. Je suis avec un respect tres profond &. / P. S. / Je prend La Liberté de joindre icy, ce que Sa Maiesté Prussienne a cru devoir faire imprimer pour prouver Ses droits au suiet du Partage du Sel de Hall par Elbingen.

Copia Memorialis Domini Hoffman Ablegationis Borussicæ Secretarii Sacræ Regiæ Maiestati porrecti. Varsaviæ 29º 9bris 1723º

Serenissimi Borussiæ Regis infrano minandus Ablegationis Secretarius hic Varsaviæ subsistens jussu Domini Sui Clementissimi, Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ deferre tenetur, in Districtu Tucensi Polonicæ Ditionis prope Novum Stetinum, speciatim in Sylva Hammersteinensi ingentem Cohortem prædonum hinc inde pervagantium, qui communi Nomine Zyganorum audiuntur, commorari, ubi non tantum a Tucensi Starostina proteguntur, sed et ea audacia procedunt, ut tali præsidio freti Socios suos, in Carceribus Pomeranicis detentos, sub comminatione flammarum et incendiorum reposcant. Imminet periculum, ne effectum addant minitationibus suis, cum id palam profiteri non vereantur, atq Vicinias Colbergensem, Stargardensem et Cüstrinensem jam elegerit, ubi rabidos suos Conatus exercere constituerunt, id quod Serenissimum Borussiæ Regem impulit, ut fines suos militibus stationariis custodire, e re esse duxerit, Spem interim certissimam forendo, Regiam Vestram Maiestatem ad evitanda maiora inconvenientia, serio et citissimo mandato, Palatinos, Pomeraniæ, Posnaniensem, Calisiensem et Vladislaviensem, omnes qui Starostas in Palatinatibus istis injuncturam, ut quocunqui Locorum cohortem istam prædonum invenerint, vel carceri tradant, vel a finibus districtuum Suorum arceant. Cumq Starostinna Tucensis, nefando forsan lucro inducta, homines istos nequissimos celare ausa sit, ut Ipsa quoque facinoris sui pœnas demeritas luere adigatur. Cæterum, cum maximum, in mora situm sit periculum atq verendum sit, ut Stationes in finibus constitutæ doloso huic Impetui sufficiant, necessitas urget, ut Sacræ

Regiæ Maiestatis Vestræ mandata, cum in finem, quam citissime expediantur, quo facilius hominum istorum pravorum colluvies radicitus evelli, atq; manu tolli possit militari. Quod superest devotissimo cultu in sempiternum permaneo &.

Copia Responsi Celsissimi Ducis Curlandiæ ad Literas Sacræ Regiæ Maiestatis. Gedano. 2o Octobri 1723o.

Quod Regia Maiestas Vestra gratiosi dignata est aliquando mei reminisci recognosco in humillima et obligata gratiarum actione, et cum a quibusdam Suis ministris relatum fuerit, me cum Exteris Potentiis Negotiatum fuisse, merito etiam inferre debuissent, cum quo et de quo Negotio. Quia autem in nihilo conscius sum, id circo ad benignum desiderium Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ nonnisi hæc dico; quod quamvis Generalis Commissarius Bertuzen hic præsens me aliquoties visitaverit, et nomine Suæ Caesareæ Maiestatis de Gratia Eiusdem certiorem me reddiderit, nihilominus cum de ademptis mihi meis prædiis, et ultimis reductionibus a Nobilibus illiquidarum prætensionum suarum locuti fuerimus, hac in parte mihi respondit, quod hocce Negotium ad aulam Cæsaris Sui tractari debeat, sed ratione Successionis (neminem denominando) necessario primo expediendum Negotium, quoniam Principalis Eius tanquam Vicinus potens nullatenus consentire potest, ut quidquam mutabile arripiatur et attentetur. Se quoque sciturum, quo hac in re opus, cum etiam Intentio Sacræ Regiæ Maiestatis Eidem sit nota, et in publicis Conventionibus Curlandiæ in Materia hacce tractatum fuerit, et ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram delegatum, si ergo aliquid ad petendum habeam, ratione recuperationis Bonorum meorum, hocce fieri debeat apud Imperatorem Suum per delegationem ad Eundem; expostinuit etiam, quod certus sit hæc me consentum fore, dummodo ad requisita media hujus itineris progressum fuerit, et Officialibus Ducalibus, quos illuc mittendos putat, commissum fuerit. Sacra Regia Maiestas Vestra exinde colliget, certaq; esse potest quod vitam, Sanguinem et Bona mea in obsequium Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ et Reipublicæ semper pono, et sicuti mei prædecessores, secundum pacta primæva Eidem se subiecerunt, ego quoq; id ex oculis meis nunquam dimitto, viceversa totus sum certus obmerita (: quæ Singulariter etiam in personam meam derivata esse volo) quod Illis per Investituram competit nullo modo infringendum, Itaque etiam confido, quod Sacra Regia Maiestas Clementer dignabitur Commissionem recentem, quæ per interessatos Partiales in Maximum meum præiudicium expedita est, totaliter abrogare, et cassare, tanquam contra Ducales prærogativas et reservata ac formulam Regiminis pugnantem, totaliter que eadem opprimere et evertere conantem. Insuper ex sua Benignitate et Justitia nullatenus permittere, sed Authoritate sua manutenere dignetur, ne hac in parte quidquam Sedantur, imo ut ad Bona mea pervenire, et in Securitate Ducatum possidere, ac debite inturbatus in eodem defendi possim, denique ne Conventicula præjudiciosa sine præsentia Legitimi Sui Domini indicantur, Regia Rescripta cum utroq; sigillo a Nobilitate ne exportentur, Usurpatores ut receptum lucrum et proventum restituant, et uti temporibus tranquillis in suo consueto usu et Jure debite omnia conserventur; tum ne circa præsentiam meam ibi ulla mutatio rerum excitetur. Quem ad modum itaq; hac in parte protectioni Sacræ Regiæ Maiestatis et Reipublicæ omnimodo me recommendatum confido, ita maneo immutabili fide &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Jmci Pana Woiewody Inowrocławskiego Generała Wielkopolskiego. z Drezna 4o Octobris 1723o.

Wielmożny Uprzeymie Nam Mily. Powziąwszy z pewnych relacyi y skarg ode Dworu Berlinskiego do Nas zaniesionych, iako Cyganow y Innych ludzi luznych Kupy Szynetne, Latitando w Lasach pogranicznych Łuczynskich y Hammersztynskich y inich tak w kraiu Krolestwa Naszego, iako tez Swiebodzie do Nowey Marchiey y Pomerani Brandeburskiey

wypadaiące, rożne Excessa kary godne, kradzieży, rozboie, Naiazdy, przegrozki, y inne swywole per=
tinac dopuszczaią się; A co Nam iest bardziey wpodziwieniu, iakoby takowe kupy zakazane protekcyą y
przechowywaniem u niektorych obywatelow pogranicznych w Panstwa Naszym znaydowac miały. Co że
iest przeciwko Zakazom Surowym Praw Oyczystych, z naruszeniem pokoiu tak domowego iako y Są=
siedzkiego z Niebespieczenstwem ludzi nie wiennych, ich zycia, fortun, y Substancyi, tedy zleca=
my mocno Uprzeymości Waszey tanquam tractio Nostro Regali, abyś mocą, ktorą mu Prawa w
ręce daly, pomienionych Cyganow lub inne kupy swywolne łapac, gromić, y karać nieomie=
szkał rownie z innemi Urodzonemi Starostami, do ktorych podobnez Reskrypta Nasze, aby na
karn tych gwałtownikow pokoiu publicznego powstali, wydaiemy: nawet ieżeliby potrzeba tego
wyciągała z pogranicznymi Krola Jmci Pruskiego Obywatelami, aby takowa Colluvies wraz
in herba opprimi mogła, znosic się pozwalamy. A ktoby kolwiek takowym kupom swywolnym
protekcyą, y przechowywanie dawać się ważył, aby bez żadnego respektu sądowi podlegał, et iux=
ta rigorem legum karany zostawał, mieć chcemy y powinność Generalika Uprzeymości Waszey obo=
wiązuiemy dla Łaski Naszey. Dan etc.

Copia Jego Krolewskiey Mości do Urodzoney Possessorkiey Dobr Tenżna z Drezna die 4º Octobris 1723º.

Urodzona Wiernie Nam miła. Doniesiono Nam iest, iż Wierność Twoia niedbaiąc na
zakaz Praw y Konstytucyi Surowych, Cyganom, ludziom luznym Swywolnym y innemu hultay=
stwu protekcyą y przechowywanie zakazane daiesz, ktorzy w okolice wpadaiąc nie tylko w kraiach Kro=
lestwa Naszego, ale też Sąsiedzkich Nowey Marchii y Pomeranii Brandeburskiey, iako o tym rzetel=
ne odbieramy skargi, kradzieże, rozboie, naiazdy, pogrozki, y inne Excessa kary godne czynic do=
puszczaią się. Co iako naruszenie pokoiu domowego, a przytym Surowość Prawa y Sądu za sobą
pociąga, tak przykazuiemy Surowie Wierności Twoiey ninieyszym Reskryptem Naszym, abyś nie
tylko żadney protekcyi y przechowywania pomienionym kupom Swywolnym Cyganikim nie
dawała, ale y owszem onychże, do Sądu y Grodom wydawała, y ludziom Swoim łapac onychże y
wyganiać kazała, inaczey gdy tego Wierność Twoia uczynic nie zechcesz, tedy przeciwko niey iż Sa=
mey, iako Prawo mieć chce, postąpic każemy. A zatym do tychże Praw zachowania stosować się
masz Wierność Twoia dla Łaski Naszey y powinności Własney. Dan ut Supra etc.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Urodzonych Starostow bez Ju=risdykcyi y Jnnych Obywatelow. z Drezna die 4º Octobris 1723º.

Urodzony Wiernie Nam Miły. Ponieważ nie tylko z pewnych relacyi y skarg, ale też y
z doniesionych Nam ode Dworu Berlinskiego Jnstancyi informowani zostaiemy, iż nie iakie
Cyganskie lub innych ludzi Luznych y Swywolnych kupy w lasach pogranicznych Twerynskich
y Hamersztynskich Latitando, y z nich wypadaiąc, kradzieży, rozboie, Drapieży, naiazdy, pogrozki,
y Jnsze Excessa kary godne, tak w kraiach Krolestwa Naszego iako y Sąsiedzkich Nowey Marchii
y Pomeranii Brandeburskiey popełniac dopuszczaią się. A co nam bardziey iest w podziwieniu, ia=
koby takowym kupom zakazanym niektorzy z Obywatelow Panstw Naszych protekcyą y przecho=
wywanie dac mieli. Co iest przeciwko wyraznym y Surowym Prawom oyczystym, z naruszeniem tak
domowego iako y Sąsiedzkiego pokoiu z niebespieczenstwem ludzi niewinnych, ich zycia, fortun,
y Substancyi, Tedy zlecamy mocno Wierności Twoiey, abyś na zgubę y ukaranie pomienionych
kup Swywolnych powstac nieomieszkał, wraz z tym do okolicznych Urodzonych Starostow y Obywa=
telow Panstw Naszych podobnez Reskrypta Nasze rozesłał, y ieżeliby tego potrzeba była z pogra=
nicznemi Krola Brandeburskiego Obywatelami, aby wraz takowa Colluvies in herba opprimi
mogła, znosić się, w tym pozwolenie daiemy. A ktoby kolwiek takowym kupom zakazanym

pomoc, protekcyą lub przechowywanie dawać się ważył, aby bez żadnego respektu Sądowi podlegał, et iuxta rigorem Legum karany zostawał mieć chcemy y rozkazujemy. Uczyni zatym wszystko Wierność Wasza dla Łaski Naszey y powinności Własney. Dan ut Supra &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Urodzonych Starostow Jurisdycznych Sub data ut Supra.

Urodzony Wiernie Nam Miły. Ponieważ nie tylko z pewnych relacyi y skarg ale też y z doniesionych Nam ode Dworu Berlinskiego Instancyi informowani zostaiemy, że niektore Cygańskie, lub innych Ludzi swywolnych Kupy w Lasach pogranicznych Swcyńskich y Hamersztyńskich lati tando, y z nich wypadaiące, kradzieży, rozboie na iazdy, pożogi, y inne excessa kary godne tak w Kraiach Krolestwa Naszego, iako y w Sąsiedzkich nowey Marchii y Pomeranii Brandeburskiey popełniać dopuszczaią się. A co Nam bardziey iest w podziwieniu, iakoby takowe zakazane Kupy przechowywanie y protekcyą, iako Nam iest doniesiono: u niektorych Obywatelow Państw Naszych znaydować y w nie grzeszy o... mieli; co iako iest przeciwko wyraźnym y Surowym Prawom Oyczystym z naruszeniem tak domowego iako y Sąsiedzkiego pokoiu z niebespieczeństwem Ludzi niewinnych, Ich życia, fortun, y Substancyi. Tak zlecamy mocno Wierności Waszey tanquam Brachio Nostro Regali, abyś na zgubę y ukaranie pomienionych kup swywolnych cum ad mini culo Justitiæ pomstać nie omieszkał, y w czym do Jnnych Urodzonych Starostow y Obywatelow pogranicznych Reskrypta Nasze rozsyłamy. A ktoby kolwiek takowym pokoiu publicznego gwałtownikom, pomoc protekcyą, lub przechowywanie dawać ważył się, aby bez żadnego respektu Sądowi podlegał, et iuxta rigorem karany zostawał, mieć chcemy y rozkazujemy, oraz powinność Starościńską Wierności Waszey obowiązuiemy, dla Łaski Naszey. Dan ut Supra &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Jmci Pana Woiewody Chełminskiego z Drezna die 8.º Octobris 1723. Roku.

Wielmożny Uprzeymie Nam miły. Ukazano się niewiernie przed nami iakobyś Uprzeymość Wasza otrzymawszy od Nas podpis na Dobra Schönfeld nazwane, tanquam Juri Caduco obnoxia et ab incapace Possessa, zniesz legitimum Possessorem rugować usiłował, oraz przez pozew położony evocando Onegoż do Trybunału Koronnego, Jura municipalia Civitatum Prussiæ w Osobie Jego infringere zamyślał. iakoś Nam Szlachetny Magistrat Gdański obszernemi doń oddani et supplici recursu reprezentuie, że nie tylko Schönfeldu pomienionego Possessor Emanuel Davisson y z małżonką Henrichsonną pro Extraneis, per consequens pro incapacibus trzymania Dobr Ziemskich censeri nie mogą, pochodząc ex antenatis suis z Miasta Naszego Gdańska, ale też wiecey stu lat też Same Dobra Schönfeld w spokoyney possessyi Henrichsonow zostaiące, Juri fisci subesse nullatenus ad inveniuntur, accedentibus Privilegiis Prussiæ, a osobliwie Constitutione Sigismundi primi de Anno 1538, gdzie Cives Prussiæ declarantur Capaces trzymania Dobr takowych. Z tych y innych racyi, ktore Nam przełożono uznaiemy, że Uprzeymość nie dobrze będąc informowany de Jure possessorio przerzeczonego Emanuela Davissona, na fundamencie [3] tym [2] przywiley Sobie od nas wyiednałeś. My bowiem iako zawsze ukrzywdzenia Ludzkiego strzeżemy się, y nigdy łask czynić nie myślemy z krzywdą trzeciego, a iescze bardziey w brew prawom, y Słuszności, tak y w tym gdybyśmy byli przestrzeżeni de substantia Juris acquirendis, Samibyśmy byli Uprzeymość Waszą od tego odwrocili, y z inney miary merita Jego nadgrodzić starali się. A zatym żądamy po Uprzeymości Waszey, y onegoż amore Justitiæ obowiązuiemy, abyś nie tylko takowey pretensyi swoiey do Schönfeldu odstąpił, ale też Poss

cessorem bonæ fidei wspomnionego Davisona zpokoiem zostawił, ani go do Trybunału Koronnego nie pociągał wiedząc że tam Miasta Nasze Krolewskie, y Mieszkańcy onychże forum nie maią, y stawać nie powinni pod winami, ale tylko przed nami y Sądem Naszym respondere. Piszemy tedy, że w tym dosyć Nam będzie namienić Uprzeymości Waszey Intencyą Naszą jako słuszność każdemu, y nie wątpiemy że niniejszą rekwizycyą Naszę observować będziecie; Co Nam gratum eveniet, y na osobę Uprzeymości Waszey respecta Nasze Krolewskie ciągnie ktore y teraz oświadczaiąc, dobrego od Pana Boga Uprzeymości Waszey życzemy zdrowia. Dan w Dreznie ut Supra.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Trybunału Koronnego Sub datt ut Supra.

Wielebni, Wielmożni, Urodzeni Uprzeymie y Wiernie Nam mili. Stało się omyłka, żeśmy nie będąc informowani de Jure Possessorio Szlachetnego Emanuela Davisona Incolæ Gedanensis, ktory mu na Wsi Schönfelt nazwaney blisko Gdańska, tęż samą Wieś in Supposito, że była Jure fisci obnoxia, et ob incapace possessa, Wielmożnemu Woiewodzie podpisali. Oczym gdy Nas teraz de meliori scientia informuią, iako ani pomieniony Davison pro Extraneo et incapace censeri nie może, pochodząc y z małżonką swoią Henrichsowną ab Antenatis z Miasta Naszego Gdańska, ani Dobra rzeczone Schönfelt ktore więcey stu lat w possessyi Henrichsonow zostaią, Juri Caduco ullatenus subesse dignoscuntur, gdyż Prawa Pruskie od Nayiaśnieyszych Antecessorow Naszych potwierdzone, osobliwie Constytucya Zygmunta Pierwszego Anni 1538. Cives Prussiæ capaces trzymania Dobr takowych deklaruią. Tedy iakośmy Listem Naszym pomienionemu Wielmożnemu Woiewodzie Chełmińskiemu do niesli, żeśmy nigdy w Intencyi nie mieli Łaski mu takowych oświadczać, ktoreby z zawodem y krzywdą Trzeciego były, a jeszcze bardziey z naruszeniem praw Prowincyi Pruskiey, żądaiąc po nim aby od pretensyi swoiey, odstąpiwszy Possessora bonæ fidei z pokoiem zostawił. Tak ieżeli by processu evocatorio (jako Nam donoszą) opołożonym pozwie do Trybunału iż wzpomniony Davison miał być pociągniony do Sądu Trybunalskiego, a nie do nas in Convulsionem Jurium Miast Naszych, ktore przed Sądem tylko Naszym odpowiadać powinny, po Uprzeymościach y Wiernościach Waszych usilnie żądamy, abyście attenta Legum ordinatione sprawy pomienioney przed siebie nie przypuszczali, ale owszem cum toto rei effectu do Nas y Sądu Naszego iako in Materia Cognitionis Jurium et Privilegiorum ad Nos spectante odsyłali. Co gdy uczynicie wiadomym dobrze Praw oyczystych zalecamy respecta oraz Nasze Krolewskie Uprzeymościom y Wiernościom Waszym oświadczywszy, y dobrego od Pana Boga wszystkim życzemy zdrowia. Dan w Dreznie ut Supra.

Copia Memorialis Magnifici Domini Schverin Ablegati Brandeburgici ad Sacram Regiam Maiestatem. Drasdæ die 8° Octobris 1723°.

Ex Literis, limites Ducatus Pomeraniæ Lavenburgi et Bytoviæ concernentibus, quas Maiestati Vestræ iussu Serenissimi et Potentissimi Regis Borussiæ Domini mei Clementissimi 25 Xbris huius Anni quam humillime tradidi, satis sincera Maiestatis suæ Borussiæ intentio elucebit, quantum Illa exoptet et enixe cupiat, ut amicitia et quævis mutua officia cum Principibus Vicinis præsertimque cum Maiestate Vestra et Inclyto Poloniæ Regno conserventur. Cum interim differentiæ, quas subditi Borussiæ et Neo Marchiæ contra Accolas Vicinorum Pagorum in Præjudicium Superioritatis Territorialis Regi ac Domino Suo humillime subiiciunt, non minoris sed plane gravioris momenti, quam supradictarum Provinciarum videntur, ex quibus varia incommoda non adhibito prompto et paratissimo remedio, exoriri solent, mihi iterum et serio iniunctum est hæc omnia et quibus modis dicti Incolæ ab Incolis vexentur, et turbentur, Maiestati Vestræ indicare, et simul expetere, ut velit ex sua parte Commissarios, et quidem si ita visum erit, sub Wyrodam Pomerellicæ et Bytiam, nec non Nobilem a Cam[...]

Plenipotentiarios delegare, eosque sufficientibus Mandatis instruere, et dislimitationem finium rite ac probe discutiant. Si forsitan delegatio Commissariorum ad hunc aliquid temporis expostulet, interim Maiestas sua Borussiæ imperturbatam quietem Subditorum Suorum exigit, et in eum finem iussu mihi dato ad inxit, uti a Regia Vestra Maiestate debito modo expetam, velit illa accolis in Regno Poloniæ serio iniungere et mandare, ne a hora et die indicto Vicinos turbent, illisque querelas prosequendi ansam minime præbeant. Hoc est, quod Serenissimus Rex Borussiæ Dominus meus Clementissimus intense cupit, sibi certo persuadens Vestram Maiestatem, pro propenso suo ad æquum animo, minime hoc recusare posse. Pro me autem humillime peto, velit Vestra Maiestas, me promptissima Regia sua resolutione munire, ne negligentia, quam expressa debita pro obedientia evitare debeo, mihi innocenti imputari possit. Dresdæ. ut supra.

Copia Literarum Illustrissimi et Excellentissimi Domini Supremi Regni Cancellarii ad Eminentissimum Cardinalem Protectorem Regni. Varsaviæ die 12º 8bris 1723º.

Interposita Anno proxime præterito humillimi Officia mea favore pii desiderii Deodicatarum Sanctimonialium sub titulo Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ Conventus Cracoviensis in Negotio approbationis Officii et Missæ pro festivitate cordis Jesu, Feria Sexta in Crastino post Octavas Corporis Christi in Singulis Earundem Ecclesiis celebrari solita, quod in oculis Eminentiæ Vestræ gratiosum invenerint respectum, simulque validam exceperint protectionem, obligatissimum proinde animum meum harum testimonio literarum Eminentiæ Vestræ contestando, maiorem in modum ab Eadem implorare non intermitto, ut pro obtinendis a Sancta Sede in dicta Festivitate ad omnes præfati Instituti Ecclesias Indulgentiis devotas preces memoratarum Monialium iuxta Earum submississimam insinuationem ulterius efficaciter protegere, meque etiam uti actualem Monasterii præfati Instituti Lublini Fundatorum, hac votiva Suæ Sedis Gratia consolari dignetur, qui semper maneo profundissimo cultu.

Copia Listu Jmci Pana Woiewody Kijowskiego do Jmci Pana Kanclerza Wielkiego Koronnego z Piotrkowa 13º Octobris 1723º.

Za okrutne Instantiales do Kollegow moich przeswietnego Trybunału Koronnego Jchmościow Deputatow wniesione, zła zasłużenia do obligacyi ktora w osobie moiey metam Śmiertelności nie znaiąc, redundabit na Dom moy Cały y Successorow moich memores przyiazni Obligatæ Domus Jego podziękowaniey, przychodzi mi super iniqua fata Rzeczypospolitey iskdolewać, że na mieyscu tym, na ktorym pupilla libertatis y Świętą Sprawiedliwość nay bardziey custore et tueri powinna, tu naywięcey odchada zelżywość, kiedy potencia Jchmościow Panow Hetmana Wielkiego Koronnego y Polnego Litewskiego tudzież Jmci Pana Generała Artylleryi non attenta Securitate Loci sacrati, nie tylko caterva Officierow ludzi Woyskowych, ale też przytomnością swą ostatnich per contemptum novellæ Legis attakować ią, et disturbareważyła się. A podobniey byłoby mianowicie Jmci Panu Generałowi extendere Gubernium Kommendy Swoiey w Fortecach na pograniczu niżeli w Piotrkowie. Nie ządze dla siebie demeritum żadnego w osobach Jchmościow, y gdyby tylko to mnie Samego afficeret, rzuciłbym in holo caustum dla Dobra pospolitego sine vindicta własney krzywdy, y szukanego całym życiem honoru tradens wszystko perpetuæ oblivioni, darowałbym Oyczyźnie wymsz drogiey Stary Sanguine partam, et quam sibi omnia prodideris servandam meminisse należy. Nie pretendowałbym huius Muneris Officium Labore invidia et incommodis repletum, ale kiedy to publicum Interesse tangit, ne hoc exemplo sequatur peius Jchmość Kollegy urgent po mnie, abym szukał medullam in Cordibus Civium. Zaczym maiąc Wasz mość Pana w Oyczyźnie Naszey Summum Custodem Legum, nay pierwey Jego Samego prævenio &.

ta moia relacya y prośię abyś Sensum swum mi aperire raczył, a da Bog pod Seym przydał momentum do tym większego zastrzeżenia prawa postanowionego circa Tractatum, według ktorego od wszytkich Elekcyi ab esse Jchmość Panowie Hetmani powinni. To tedy wyrażiwszy, y usługi moie na każdym micyscu nibus Waszmość Pana Sakryfikowawszy zostawam. &c.

Copia Responsu Jmci Pana kanclerza Wielkiego koronnego. tenusz Jmci Panu Woiewodzie. z Warszawy 20º octobris 1723º.

Ponawiam wyrażone mi antecedenter Waszmość Panu powinszowanie Direkcyi przeswietnego Trybunału Koronnego, maiąc partykularną konsolacyą, że Pan Bog hoc in passu raczył prosperare vota et studia Nostra. Dziękuię przytym za tę konfidencyą Waszmość Panu, oraz Jchmościom Collegom Jego moim Miłościwym Panom, ex mente ktorych daieś mi Waszmość Pan honor znoszenia się ze mną y porozumienia ratione zaszłych circa inchoationem Przeswietnego Trybunału zaszłych interwenienyi. Jakoż zaś jestem pewien, że tym publicznym y prywatnym złom sufficientem Sam złos przyniesie medelam y że zgromadzone da Bog na przyszłym Seymie Stany Rzeczy pospolitey onymże in futurum obviabunt, tak omieszkam upraszać Waszmość Pana nie tylko moim, ale et Boni publici Imieniem, abyś Waszmość Pan poważną y przezorną perswazyą Swoią prowadził Jchmościow Collegow Swoich Moich Miłościwych Panow skutecznie do tego raczył, żeby z wielu okoliczności zostawie uważeni, y przyszłemu da Bog Seymowi to incidens raczyli, nie szerząc się hoc dolores, y unikaiąc wszelkich takowych krokow, ktoreby publicam tranquillitatem mieszać, y Seym nawet przyszły omnium malorum et dolorum remedium zatrudnić mogły. To gdy w wszelkiey poufałości Summo Judicio Waszmość Pana namieniam, oraz y wtey circumstancyi, y we wszystkich podaiących się okazyach szczerą moię do Przysługi Waszmość Pana y Wszytkich Jchmościow Kollegow Moich Miłościwych Panow deklaruiąc się ochotę, zostawam na zawsze verocultu &c.

Copia Listu Jego krolewskiey Mości do Wielmożnego Marszałka Trybunału Koronnego z Drezna 14º Octobris 1723º.

Wielmożny Uprzeymie Nam Miły. Lubo nietayna novella Rzeczypospolitey constitutio około Dobr Leszczynskich w Recessie Seymowym założona, sistendo processum Juris, et Judicatorum omnem executionem suspendendo, wszytkich Pretendentow ad Comissionem Seymu designandam odsyła, aby przez nię wraz wszyscy a nie partitim z ukrzywdzeniem Słabszych, pomiarkowanie w pretensyach Swoich znaleźli y odebrali. Kiedy iednak non obstante hac Lege znayduią się tacy, ktorzy Commissyi przerzeczoney czekać nie chcą, pretensye swoie perviam processus uganiać przed Innemi usiluią, tedy iakośmy iuż nie raz za powodem Panow Rad Naszych, utrzymywanie tychże Konstytucyi, zalecali, tak y teraz usilnie po Uprzeymości Waszey żądamy, abyś y Sam Sub directione sua infringere oney nie dopuszczał, y innych wszytkich in Eandem Sententiam za sobą pociągnął, a było to publico edicto wsparto zostaie, observationi, non elusioni, podlegało. Wczym gdy Uprzeymość Wasza pro Nam oświadczysz attendentiam Justitiae Stabis, y Nam curam non exiguam Conservationis Legum, do ktorey z Własnego obowiązku et Instantii plurimorum pociągani iesteśmy, alleviabis. Za co Respekta Nasze Krolewskie onemuż pragnąc oświadczyć, dobrego od Pana Boga Uprzeymości Waszey życzemy zdrowia. Dan w Dreźnie. &c.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Deputatow Trybunału Koronnego z Drezna 14º octobris 1723º.

Urodzony Wiernie Nam Mili. Maiąc pro comperto, quo zelo et Studio

utrzymnie Wiernośći Wasza observantiam Legum et Justitiæ większą niemożemy, abyś eadem firmitudine nie miał manutencye postanowienia Rzeczypospolitey około Dobr Leszczyńskich w Recessie Seymowym założonego, gdzie wszyscy Creditores suspensis tam Juris processu, quam Judicatorum executione, ad Commissionem Seymu designandam, są oddani, aby na niey wraz wszyscy z pretensyą swoich pomiarkowanie y satisfakcyą odebrali, aby iednak patrzał Wiernośći Waszey Staranie Nasze, ktore gerimus pro manutenendis Constitutionibus Reipublicæ, dla zabieżenia szkodliwym sequelom. tedy convenimus præsentibus Wiernośći Waszey, żądając abyś ex Ratione ona naruszać pomienioney Constytucyi niedopuszczał, ale onea in suo vigore utrzymać starał się. W czym lubo re et factis ex his omit merces, y my iednak respektami Naszymi zasługi Wiernośći Waszey rekompensować zechcemy, a teraz dobrego od Pana Boga Wiernośći Waszey życzemy zdrowia. Dan w Dreznie sub datt ut Supra.

Copia Listu Jego Krolewski Mośći do Wielmożnych Deputatow Trybunału koronnego. sub datum ut Supra &.

Wielmożny Uprzeymie Nam Miły. Lubo do Całego Trybunału Collegiater pisząc wszystkim zalecamy exactam observantiam novellæ Legis około Dobr Leszczyńskich, w Recessie Seymowym postanowioney, przez ktorą wszyscy Creditores ad Commissionem z Seymu designandam remittuntur, sistendo Juris processum, atque Judicatorum executione suspensa, aby concatenatus Długow y Dłużnikow ordo, wraz swoie mogł odnieść pomiarkowanie, iednak et in particulari po Uprzeymośći Waszey żądamy y mieć chcemy, abyś Credytum et activitate sua manutentionem tyże to ordynacyi Seymowey utrzymywał, y naruszać Jey propter ipsas sequelas nie dopuszczał. Co gdy incognitum Uprzeymośći Waszey zelum pro Legibus skłądamy, Dobrego onemuż od Pana Boga życzemy zdrowia. w Dreznie &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mośći do Trybunału koronnego. sub datum ut Supra &.

Wielebni, Wielmożni, Urodzeni, Uprzeymie y Wiernie Nam mili. Kiedy wybrano e militibus y na utrzymanie praw y Obrzędow Oyczystych zgromadzone Subsellium Uprzeymośći y Wiernośći Waszych. Centrum Legibus ac Justitiæ w osobach onych że prosit præsidium, większej bynaymniey niemożemy, aby na takim mieyscu tychże Praw y Słuszności Zachowanie vacillare miało. Zdla tego non agendo multis, usilnie Uprzeymośći y Wiernośći Waszey iako Konstytucyi Oyczystych dobrze wiadomym zalecamy novellam Reipublicæ Constitutionem w Recessie o Dobrach Leszczyńskich wyrażoną, abyście Jey in illo Trybunali naruszyć nikomu niedopuszczali, ale owszem in pleno suo vigore utrzymywali, y zachowali; Mieć bowiem chce wspomniana Rzeczypospolitey Ordynacya, aby Concursus Creditorum per Commissionem z Seymu designandam był pomiarkowany, sistendo interea processum Juris et suspendendo omnem executionem Judicatorum, aby tym sposobem gruntowniey wraz wszystkich Kredytorow, spolnicami partitim, uspokoione zostały pretensye, ile że concatenata długow y dłużnikow Series iednego za drugim pociągaiąca poiedynkiem combinari nie może. Więc gdy non privatam causam, ale publicam Constitutionem (ktorey naruszenie mogłoby dalsze pociągnąć sequelas) manutentioni Uprzeymośći y Wiernośći Waszych zalecamy wszystkim in generali, y każdemu in particulari Krolewskie Nasze respecta ofiaruiemy, y dobrego od Pana Boga życzemy zdrowia. Dan w Dreznie &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mośći do Wielebnego Prezydenta Trybunału Koronnego z Drezna sub datum ut Supra &.

Wielebny Uprzeymie Nam Miły. Nietaynabydz musi Uprzeymości Waszey ordynacya Sejmowa około Dóbr Leczyńskich w Recessie Seymowym wzmiankowana, aby concursus Kredytorów pretensye Swoie do Nich maiących, sistendo processum Juris, et Judicatorum omnem Executionem suspendendo, nie inaczey tylko per Commissionem Generalem z Seymu designandam był pomiarkowany. Po tym sprawiedliwiey ex assensu Stanów Rzeczypospolitey obrydziliśmy, im większe w pretensyach longa serie ciągnące się otworzona, in Particulari Pretendentom firtkę pokazuią się faragines. Dla tego iakośmy iuż nie raz Subsellio Trybunału tameczniego inviolabilem tey Constytucyi integritatem zalecali, tak y teraz wilnie po Uprzeymości Waszey żądamy, abyś y sam ex Statione sua, y innych obligi Duchownych Deputatow Kredytem et Authoritate Praesidentiali in Manutentionem tegoż postanowienia pociągnąwszy, naruszyć go Sub Praesidentia sua nikomu niedopuszczał. Co nietylko aequitati Conformum, ale y Nam gratum evenict, y dalsze Nasze Respekta Krolewskie na osobę Uprzeymości Waszey derivabit, które na ten czas ofiarować oświadczaiąc, dobrego od Pana Boga życzemy zdrowia. Dat ut supra &.

Copia Literarum Illustrissimi et Excellentissimi Domini supremi Regni Cancellarii ad Illustrissimum Comitem de Ogilvi S. Cae: Maiestatis Camerarium, et Colonellum in Exercitu Sae Maiestatis. Varsaviae die 20a Octobris 1723o.

Culta per me amicitia cum Illustrissimo et Excellentissimo Domino Comite Ogilvi, dum olim imperium super Exercitus tam primario Serenissimi Czari Moschoviae quam Sacrae Regiae Maiestatis Poloniarum Domini Mei Clementissimi a post, laudabiliter obtineret, continuoq grata inhaerem menti dat mihi motivum ad hanc fiduciam, in qua Illustrissimae Dominationi Vestrae Officia mea Contestando, Eandem Instantissime rogo, ut Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Comitis de Morstein Castellani Radomiensis, Regni Poloniae Senatoris Filio, in Exercitu Augustissimi Romanorum Imperatoris, sub Regimine autem Illustrissimae Dominationis Vestrae actualiter servienti, gratiosum respectum exhibere, aptaeq Ipsius Maiora ad officia vires promovere non dedignetur. Tota Illustrissima Domus Ipsius pro omni favorabili promotione particularem Illustrissimae Dominationi Vestrae recognoscet obligationem; Et ego tanquam nexu sanguinis obstrictus, in me quoq hanc gratiam derivari sentiens, profiteri non desinam, quod sim semper &.

Copia Literarum Illustrissimi et Excellentissimi Domini supremi Regni Cancellarii ad Eminentissimum Cardinalem Protectorem Regni. Varsaviae die 20a Octobris 1723o.

In judicia amplissimae gratiae Eminentiae Vestrae cujus multiplicibus documentis obligatus, dum interim per contestationem Literalem debiti cultus testimonia grati animi exhibeo, antequam desideratissima exhibendi eadem per votivam ad Urbs Eminentiae Vestrae efficaciam superveniet occasio, inducit me necessitas, ut non tantum pro commodo meo particulari, sed etiam communi omnium aliorum, quibus opus fuerit, instantissime implorem, prout de facto imploro validissimam protectionem Eminentiae Vestrae, qua fretus Admodum Reverendus in Christo Pater Pantaleon Ordinis Camaldulensis S. Romualdi, Eremi ad Varsaviam Prior, licentiam curandi aegros, iam alias Eidem in S. Poenitentiaria Romana quoad personas Sui Ordinis concessam obtinere valeat, etiam quoad personas Saeculares utriusque Sexus, non quidem promiscue, verum cum discretione Illustries praecipue, quae Eremis Eiusdem Ordinis Camaldulensis in hac Natione Nostra existen.

tibus valde utiles ac necessariæ dignoscuntur, et quibus operam suam denegare absq̃ gravi Earundem Illustrium personarum offensione, et Religiosorum damno non potest; licet omnibus modis se excuset. Talentum enim consummatæ Ipsius in Arte medica ad hanc provectam ætatem experientiæ, etiam cum adhuc in seculo existeret, plurimis personis, et mihi Ipsi ab annis circiter viginti Septem bene cognitum, sine præiudicio ac detrimento charitatis proximi, intra solam Eremiticam clausuram fodi nequit, his præcipue in partibus, ubi est bonorum defatus medicorum, optime vero, et cum utili ac decoro dicti Ordinis etiam ad Sæculares personas communicari potest, ac debet. Mullo magis, cum sollicitam in curatione ægrotorum applicationem dicti admodum Reverendi Patris Pantaleonis Sanctimoniæ vitæ conjunctam Supremus Salutis Nostræ Author votiva felicitate prosperare dignetur. Faciet Eminentia Vestra rem non modo bonitate ac pietate sua dignam, sed etiam pro ficuam ac meritoriam, dum omnes, qui cunque usum habebunt supramemoratæ ad Sæculares etiam curandos obtentæ licentiæ, continua fundent ad Deum vota, pro Incolumitate Eminentiæ Vestræ. Inter quos ego primum locum cum perenni recognitione habere cupiens, maneo profundissima veneratione &.

Copia Listu Jego Krolewskiey Mości do Jmći Pana Woiewody Kijowskiego. z Warszawy 27ª Octobris 1823º.

Interessuiące się szczerze y Życzliwie y z relacyi y z obligacyi ad decus et commodum Waszmość Pana, a oraz rationem Boni publici maiąc curæ et cordi, odrazam się w wszelkiey poufałości to moie votum nie żadnego impulsu ale ex vero affectu ku Waszmość Panu, et ex zelo Dobra Pospolitego pochodzące insynuować summo Judicio Onegosz, abyś Sprawy swoiey z Jmći Panem Krakowskim pod Dyrekcyą Przeswietnego Imienia swego nie popierał, tak teraz iako y potym w Lublinie, ale raczey zostawił Przyiacielskiey addirekcyi tey Sprawy uspokoienie, a przezto zniosł rozne impressye y suppozycye, iakoby Waszmość Pana nie mogą bydz tayne, namieniam tylko wielkie, bo Sławy y reputacyi sucrum, ktoreby aequanimitatæ bydzie Waszmość Panu comparatum. Żadnego zaś damnum to niepsz ynieść, bo po wyprowadzonych duktach, Intromisyach, y uformowanych mappach potrafi w to przyiacielska addirekcya, że w krotce za Szczęśliwym da Bog przybyciem Jego Krolewskiey Mości Pana Moiego Miłościwego zakonczy tę Sprawę, zukontentowaniem Stron zobopolnym, y że nexus tak bliskiey Relacyi Waszmość Pana do Jmći Pana Krakowskiego Mego Miłościwego Pana arctiori vinculo coalescet cum gloria Wielkiego Imienia Waszmość Pana, a oraz cum certitudine pomyślnych in publicum skutkow z tey zgody y iedności między Waszmość Pany. Supplikuię zatym, abyś Waszmość Pan to votum moie y życzliwą insynuacyą in ex tenacitudine affectus, w ktorey Ja piszę, przyiąć raczył. A ieżli znaydzie gratam acceptationem, abyś tę Swoię rezolucyą declarować raczył, tak w Łaskawym do mnie Responsie, iako też w Liście swoim do Jmći Pana Pisarza Polnego Koronnego Marszałka Trybunału Lubelskiego.

Copia Listu Jmći Pana Woiewody Kijowskiego do Jmći Pana Kanclerza Wielkiego Koronnego. z Piotrkowa Die 29ª Octobris 1723º. Roku.

Zapewnioy deklarowana Łaskę in promotione Specificatorum odemnie dziękuię uniżenie Waszmość Panu Singularius zaś Za dowod partykularniejszego affektu, że o Synu moim Starościc Halickim y pamiętać y pisać za nim do Krola Jmći Pana Moiego Miłościwego raczyłeś, y Lubo ad famam Smierci Brata mego

Jmü Pana Strażnika Koronnego Syn Jego z Cudzych Kraiow powracaiący przydał mi tu plagenti dolorem, iednak z tego cieszyć go muszę, kiedy widzę że dobry Sługa przedtym Wasz mość Pana, przy Swoich ex Solo ad funebrale Solium przenosinach teraznieyszych znaydzie w Sercu Wasz mość Pana sui Memoriam. A zatym aby Wasz mość Pan raczył o Sukcessorze Sierocie Synu Jego y Synowcu a Synu moim pamiętać zawsze, a mianowicie teraz w rem Jego (: iako Wasz mość Pan pisać :) effectuare ten Wakans uniżenie proszę wszakże dni moich reszta będzie Wasz mość Panu zasługą ktore in holocaustum kładę y siebie Samego usibus Wasz mość Panu oddaię.

Representacyą względem Sprawy moiey z Jmci Panem Krakowskim moim Miłościwym Panem wyrażoną żebym iey nieporzucał, przyimuię uduszenie deguare rozkazom Wasz mość Pana, na pokazanie że nie spieszę ad hos triumphos, ktore będzie mała ale z Sprawiedliwa swoią gotowem przyiąć media amica, lub też cyjekolwiek Judicium, iakosz dla Powagi Xięcia Jmci Prymassa iuż od tygodnia interponowana condescendi, y czekam rezolucyi ostatniey Jego de loco et tempore, tym bardziey zaś Interpositionem Wasz mość Pana amplector do, otoż same pani media, day Boże tylko aby Powaga Wasz mość Panow kiedykolwiek moiey satisfactionem y kłotniom mogła imponere finem. Interea kłaniam uniżenie, zostaiąc plenissimo affectu.

